Cristus erat ut fuit velatus consputus et colophisatus



In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus fuit traditus et osculatus
Consequenter audiamus quomodo fuit derisus consputus et velatus
Cum chohors Christum comprehenderet et ligaret — Capitulum xix
Contigit ut Petrus cuidam servo auriculam amputaret
Statim Ihesus ibidem benignitatem suam demonstrabat
Et auriculam eius tangens statim sanabat
Duxerunt autem eum primo ad domum Anne
Qui erat socer summi pontificis Cayphe
Cumque Annas Christum de sua doctrina interrogaret
Respondit quod ab hiis qui audierunt eam investigaret
Ipse enim in angulis docere non solebat
Sed in templo vel synagoga ubi turba plus conveniebat
Statim unus servorum manum suam in maxillam sua dabat
Iste creditur fuisse ille servus videlicet Malchus
Cuius auriculam abscisam antea sanaverat Christus
Cristus autem se non vindicabat nec repercutiebat
Sed cum omni mansuetudine humiliter sustinebat
Quesitur si aliquis ex vobis talem alapam sustinuisset
Et si posset quod Christus potuit quid fecisset
Forte eum Petrus evaginato gladio repercussisset

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0103
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg